Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8209
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate audi filia et
vide et inclina aurem tuam et obliviscere populum
tuum et domum patris tui et concupiscet
rex decorem tuum quoniam ipse est dominus deus
tuus et adorabunt eum Omnis gloria eius filie
regis ab intus in fimbriis aureis circumdata
varietatibus Adducentur regi virgines post ea
proximae eius offerentur ei Afferentur in letitia et
exultatione Adducentur in templum regis Pro
patribus tuis nati sunt tibi filii constitues
eos principes super terram Deus
in medio eius non commovebitur Adiuvabit
eam deus vultu Dominus virtutum nobis
suscepto ne deus Iacob Et Deus
ascendit deus in iubilo et dominus in voce tube
Cantate deo nostro et dominus in voce tube
Suscepimus deus misericordiam tuam in me-
dio templi tui Deus secundum nomen tuum
Deus laudatio tua in fines terre Iustitia plena est
dextera tua Letentur montes sion et exultent filie iuda
propter iudicia tua Circumdate sion et complectimini eam
narrate turres eius Ponite corda vestra in virtute
ut narretis generationi filio quia hic est deus noster in eternum et in
seculum seculi ipse reficiet nos super mortem
Domine deus virtutum qui redimis animam meam
de manu inferi tu autem me suscepisti Ne timueris